

lares cognofcentes de caufis clericorum *ll*, ac infuper præfervata intelligitur confuetudo immemoralis *mm*, quæ fuper hoc fterit; quia potius declarativa eft juris naturalis, quàm novi juris inductiva *a*. Et eodem modo fatifit cunctis difficultatibus, quæ in oppofitum refragantur, ut procedant in Principe, & giudice temporali procedente cum iurisdictione & in forma iudicii in caufis Clericorum, illam ufurpante, & perturbante; non tamen in hoc charitativo fubfidio, nuda defenfione, & protectione naturali *b*, in qua fi quis (fuadente diabolo) legitimos defenfionis modos excefferit, fcias, fe flatim incidere in Cenfuras Bullæ in Cœna Domini, prout exprefse declaravit Rot. Romana *c*, & ex eadem Bulla clarè detegitur, quod nimirum eft, cum in re hæc defenfio naturalis, & Bulla Cœnæ Domini confines fint, & utramque unus *lms* dividit, fcilicet; legitimitatis, & debitus protectionis modus, quo fublato, unum fit contiguum *d*. Qui quidem regius recurfus per viam violentiæ illaræ ab Ecclefiasticis iudicibus non folùm in his Hifpaniarum Regnis praticatur, fed & in cunctis Catholicæ religionis & Chriftianæ Reipublicæ ditionibus ufitatus eft *e*, nullibi tamen melius ac perfectius tractatur, ficuti nec tractari potefl ithæc materia violentiæ, quàm in regio Senatu Gallico, ubi fuma perfectione, & curiofitate, tum ob magnam harum caufarum frequentiam, curfum & experientiam, tum ob continuum & perpetuum laborem Senatorum, & Advocatorum ventilatur, & accuratè difcutitur, prout in dies tellantur Senatores, qui ibi adfuerunt, poftmodumque Cancellarias, & confilia fuprema occupant nunc, & retro; & ob id mirabiliter ibidem fcitur, ac digeffum reperitur univerfum jus Pontificium. Sine quo igitur recurfus magnas turbationes, injurias & fcandala tota reipublica univerfalit pateretur, valde utilis & faluberrimus in univerfum dictus, fi cum moderamine inculpate tutelæ (hoc eft, falva femper in omnibus reverentia sanctæ Matris Ecclefiæ) præbeatur *f*. Caveant igitur fupremi Senatores, ne prætextu poteflatis licitæ atque permiffæ, in reprobam & prohibitam cenfuris innodari incidant, cujus caufa plerique infelices fuffeffus & exemplaria horrenda in facris literis nobis referuntur, ut in *r*. Regum cap. 22. quo legimus de Rege Saül, qui occidi fecit Achimelec, & alios octoginta quatuor Sacerdotes, ac etiam fe intromifit in officio Samüelis Sacerdotis, faciendo facrificium in Galgala, poftmodum infelicem finem obrinuit *r*. Regum cap. 13. & de Rege Ozias legitur Paralipomenon 2. cap. 23. relato in *cap. nos* *fi*. 2. q. 7. qui cum voluiffet ufurpare Sacerdotii officium, quod exercebat Azarias, lepra percuffus fuit, & de Dino maximo Jur. Confult. dicitur, fuiffe revelatum cuidam Eremitæ (ut poft Angel. & alib Didac. Perez in *l*. 17. *tit*. 3. *lib*. 1. *ordin*. *col*. 144.) effe ad inferos damnatum, eo, quòd non faveret Chriftianæ Religionis. Varia etiam exempla congerit Bobad. in *polit*. *lib*. 2. *c*. 18. *a* num. 8. Contineantur igitur iudices in poteflatis permiffa, fcilicet; ubi dumtaxat violentiam notoriam ex actõrum infpectione repererint, & unum denique fciant; quòd licet vis variis modis applicetur; tamen violentia proprius quadrat oppreffioni factæ à iudice litiganti, juxta ea quæ latè congerit Card. Tufc. *pract. conclus. lit. V. conclus. 214. a* n. 1. & per rotam, *tom*. 8.

ff De qua d. c. 1. n. 30. cui fatifit a n. 232. & n. 309. & n. 2. a n. 280. g. 2. a n. 19. h. e. 1. a n. 121. cum multis feq. & Contra iflam argumenta a num. 32. ii *ibid*. late a num. 40. k. k. Referantur plures in *d. c. 1. a* n. 145. & 2. a n. 13. vide etiam n. 21. in *d. c. 1. & iterum a* n. 234. cum feq. ubi plurima alia referuntur. *ll* c. 1. n. 291. & a n. 175. ufque ad num. 298. *mm* *D. cap. 1. a* n. 154. & 314. *ajbid*. a n. 122. *b* *D. c. 1. a* n. 324. & apparet ex refponfione ad argumenta, & quæ a num. 222. cum multis feq. c. 1. *pralud* 5. a n. 210. & c. 2. a n. 6. & pluribus in locis eorundem. & præcipue in *c. 1. in* refponfione ad 3. *argum.* n. 254. *d* *D. c. 2. a* n. 15. *e* *Et de* fingulis adnotavimus *c. 1. a* n. 154. ufque ad num. 174. *f* *C. 2. a* n. 1. & feq. & *c. 1. pralud* 4. & pluribus aliis locis ut fuperius hoc proœmio adnotavi.



TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE
VI OPPRESSORUM
APPELLANTIUM.
PARS PRIMA.

CAPUT I.

Quæ fit fupremi Principis poteflas, quonam jure fultineri valeat in adimenda viã iudicibus Ecclefiasticis illata, & de ejus origine, & principio, ubi plura fundamenta (tum utilia, tum protectionis iustificationi omnino necessaria) inferuntur, hæcenus à nemine considerata.

SUMMARIUM.

- 1 Recurfus ad Regem, feu Senatores regios pro evitandis violentiis ab Ecclefiasticis iudicibus extortis, in triplici effe differentia tradit Author.
- 2 Recurfus ad Regem, feu Senatum Regium pro retentione Bullarum Apoftolicarum in derogationem patronatus Regii, feu laicorum, & naturalis juris, ab extortis, feu yatoribus imperatarum, fit.
- 3 Recurfus ad Regem, & Senatum quoties Ecclefiasticus de laico, & caufa profana cognoscere vult, quo casu auto de leges decernuntur.
- 4 Casus mixti fori & quibus laicus iudex de Ecclefiasticis vel Ecclefiasticus de laicis cognoscere poffunt remiffive.
- 5 Recurfus ad Regem, & Senatum, quoties iudex Ecclefiasticus vim fieri proponitur non deferens iuste & legitima appellacioni, fit.
- 6 Recurfus pro violentia in non deferendo appellacioni iuste, est casus intactus dubius continens quæstiones, non tactas, & alias non hucusque fecundum recurfus istius naturam applicatas.
- 7 Authoris institutum præcipuum est de hac tertia violentiarum specie tractare.
- 8 Nullus hucusque nec Jurista nec Theologus materiam tangens definit in errore inventi fite in principiis, fite in terminis, vel natura hujus cognicionis. Ea que domi funt, male probantur per eos, qui à domo abfuerunt, *ibidem*.
- 9 Opus in sex dividit partes Author. In prima parte agitur de materia, forma hujus recurfus, iustificatione, modo & stylo procedendi, & de his que ad Senatum non trahuntur, *ibidem*.
- 10 In fecunda parte de violentiis, qua contingunt in denegata delegacione appellacionis ab interlocutoriis.
- 11 In tertia parte tractatur de violentiis appellacionis denegata à diffinitivis, & in 4. parte de violentiis appellacionis denegata in executivis, & executoriis, & eorum exceffibus.
- 12 In 5. parte de iusta Bullarum retentione, & quibus casibus locum habeat, & de violentiis admiffis per Salgado de Protect. Reg.

- conservatores in procedendo, fite in non deferendo iustis appellacionibus, & de violentiis tangentibus processibus, executiones executorum Apoftolicarum gratiarum.
- 13 In 7. parte variarum, & practicabilium quæstionum resolutio tangentium materiam, de qua Author, continetur.
 - 14 Verb. l. 36. *titul*. 5. *lib*. 2. *recop*. notantur, & explicantur.
 - 15 Hoc *c. 1. ad* iustificationem tantum hujus recurfus pertinet non ad modum procedendi, de quo *c. 2. Author* scribit.
 - 16 Jure, & consuetudine est attributa facultas, & poteflas Regibus Hifpania propulsandi violentias, & tollendi oppreffiones à iudicibus Ecclefiasticis factas. Doctores materiam attingentes referunt Author, *ibid*.
 - 17 Sex annis ante Cevallos Author hæc scripta habebat. Ter eandem materiam tranfcriptis Cevallos, *ibid*.
 - 18 Hujus Scriptura testimonium, & quò tempore agitata fit, invocat Author.
 - 19 Doctores licet iustificationem hujus recurfus pertraxerint: non tam ample, quin plura necessaria, & à quibus tota dependet radix poteflatis, omiserunt.
 - 20 Quæstiones quibus specialiter casibus violentiam adesse cognoscatur, Authores omnes omiserunt, quas nimirum labore, & diligentissimum fuafione Author devolvit.
 - 21 Cevallos licet aliquot violentias casus tetigisset, tamen ad casus de autos de leges, dumtaxat, quos Author ad plures allegatos Doctores superius remisit, *el* *que* *hic*, omittit, nova inducens.
 - 22 Scripores debent aperimitari ex autoritate Senecæ.
 - 23 *D. l. 36. recop.* declaratur, ut non fit novi juris inducitra.
 - 24 Qui declarat, nihil novi facit, sed rei existentiam demonstrat.
 - 25 Princeps secularis non potefl legem promulgare circa Ecclefiasticas personas, aut res spirituales, sed in corroboracionem juris Canonici, & naturalis secur.
 - 26 Rex Hifpania est fupremus Princeps, non recognoscens Superiorem, nec Imperio subest.
 - 27 Assertio Regis Hifpanie standum est, cum probet in facto proprio, *ibidem*.
 - 28 Contraria, que impugnant fupremi Regis poteflatem tollendi violentias ab Ecclefiasticis factas, referuntur. Concil. *Trid.* *sess.* 25. *c.* 3. verba narrantur, *ibid*. circa hunc regium recursum.
 - 29 Concil. *Trid.* *sess.* 25. *c.* 20. notatur.

- 30 Bulla in Cena Domini declarantur verba tangente violentiarum recursus.
- 31 Locus sese ad intellectum dicte Bullae traditur.
- 32 L. Regia refertur asserens consuetudine immemoriali competere Regi potestatem tollendi violentias. Consuetudo immemorialis habet vim tituli, & privilegii, quando non constat de injusto seu invalido principio, ib.
- 33 Juris Canonici decreta disponunt, ut causa clericorum, super rebus suis temporalibus & spiritualibus, ad saeculares iudices non trabantur.
- 34 Mala fides videtur considerari in Principe, & Senatoribus cognoscendis per viam violentiae contra decreta Canonica.
- Laicus possidens spiritualia semper praesumitur esse mala fide, ibidem.
- Consuetudo immemorialis non habet effectum, ubi datur mala fides, ibidem.
- 35 Consuetudo praesudicialis statui Ecclesiastico, & contra libertatem Ecclesiae, omni jure prohibita, & reprobanda est.
- 36 Consuetudo immemorialis non suffragatur, ubi datur in praescribente incapax.
- Laicus non se intrumittit in spiritualibus, & eis annexis nisi de licentia Pontificis, & in casibus a jure concessis expresse, ibidem.
- 37 Lex, consuetudo, seu statutum regulatur a potestate inducentis consuetudinem.
- Laici non possunt inducere legem, aut consuetudinem contra Clericos ex defectu potestatis, & jurisdictionis, ibid.
- Consuetudo merè civilis non potest Clericos ad observantiam asstringere, ibidem.
- 38 Immemorialis facit praesumere privilegium praesessisse, & Principem concessisse.
- Privilegium sponte concessum a Principe, potest illud revocare, ibidem.
- 39 L. Regiam 36. recop. nervose defendit Author, & juris naturalis esse declaratoriam asserit, jure etiam divino Canonico fundatam.

Vas tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me: dirige me in veritate tua: & doce me: Psal. 24. Hujus recursus, & Regiae protectionis extrajudicialis, & extraordinariae cognitionem. (tot summa difficultate casuum diversorum frequentiae respectu innodata, & involutam) utibus supremi regimini, ad obviandas judicum Ecclesiasticorum violentias, attributam, & a necessitate miro modo inventam, in triplici esse generica differentia, reperio.

Primo enim modo aditus, & recursus conceditur ad Principem, ejusque suprema tribunalia, pro Bullarum legitima detentione, quae in derogationem juris Regii patronatus, aliorumque laicorum, ac naturalitatis juris, extra summi Pontificis voluntatem, sive ab externis, sive a Regnicolis impetrantur, ne illis utantur, donec (praemissa legitima ab eisdem supplicatione) summus Pontifex melius de veritate informatus quid senserit, quidve voluerit, aliud provideat, de qua violentiarum specie variis quaestionibus, & difficultatibus resolutionibus ornata, inferius amplissime egimus in 5. parte, a cap. 1. cum sequentibus.

Secundo modo, iste patet aditus, & salubre refugium ad supremam Majestatem; quoties iudex Ecclesiasticus mittens falcem in messem alienam, de mere laico, re simul merè profana cognoscens; Regiam temporalem jurisdictionem usurpat, propriae limitibus non contentus, quod querelam de autos de legos, practici vocant, de qua violentiae specie cum doctissimis Castell. a Bobadilla in sua politica, lib. 2. cap. 17. & 18. latissime etiam per Martan, tract. de jurisd. 2. p. per tot. & estimo 3. & 4. ac per totum tractatum, qui alios plurimos

referunt, praecipue Bobadilla, qui cuncta cumulans, infinitos penè casus congestit, tum mixti fori, tum etiam & quando, inter personas, seu res Ecclesiasticas laicos iudex cognoscere potest, aut Ecclesiasticus inter laicos, exactissime, doctèque tractavit; ita ut vix aliquid in hujus articuli materia desiderabis; quin ejus resolutionem apud illum summa casuum quorumlibet distinctione reperies, quapropter ut justissime exculatus ad eum te libentissime remitto, quia amplius non tracto, videtis etenim jam tacta transcribere; & alienos labores surripere, quod a lectoris auribus abhorret, & docto viro alienum est, sed novas difficultates subvertere, & alterare.

Tertio, & frequentiori modo, ad Regem, & ejus 5. tribunalia suprema recurritur per hanc viam violentiae; quoties iudex Ecclesiasticus vim facit non deferens appellationi legitima, & jure Canonico approbata, interdum ea preta, superioris, & summi Pontificis jurisdictionem contemnens, contra jus exequitur, partes spoliando, & appellatam excommunicatione violententer plectendo, quae violentiarum, & recursus species, quam utiles & practicabiles quaestiones, quam ingentes difficultates complectatur, sive quia quamplurimè a Doctoribus sunt omissa, & intractata, (ut in discursu hujus Tractatus videbimus) sive quia tactae violentiarum principis, regulis & naturae non sunt applicatae, & coarctatae, nemo qui vel judicando, vel patrocinando supremis tribunalibus in dies assistit, ignorare potest; cujus praecipuus hic erit sermo nosster, & utilissimus, summeque necessarius tractatus, cujus materiam (loquendo moraliter) impossibile est, ut alius quantumvis doctus vir, quam qui longo usu, & casuum frequentium expertus, in supremis tribunalibus continè versatus militaverit, tractare possit, ejusque ingentes difficultates, & naturam explicite calleat, prout experimento quotidè cognovimus. Vix etenim aliquis extra Senatores, vel Advocatos Regalium tribunalium (ubi dumtaxat haec materia violentiarum ceditur, & variatur) eam attingit, sive Theologus, sive Jurista, quin, vel in terminis vel in principiis, & natura errarit, ac deluserit, eorum enim, quae in dono sunt, domi non stantes, quomodo legitime reses esse possunt?

Hinc igitur nostrum Tractatum (ut cum distinctione, & summa claritate procedatur) in sex partes dividere, melius, ac commodius censui. In prima enim tractatur de materia, & forma hujusmodi violentiarum recursus, hoc est, de eius justificatione, de qua in hoc cap. 1. de modo, formaque, & stylo procedendi, & de difficultatibus, circa processum oriundis, ac de iis quae ad suprema praetoria non veniunt per hanc viam violentiae a capite secundo, & sequentibus. In secunda tractatus parte agitur de violentiis quae contingunt in denegata delatione appellationis emissae praecipue ab interloquutoribus.

In tertia autem parte tractatur de violentiis continuentibus in denegata delatione appellationis, praecipue a diffinitivis. In quarta autem discutitur violentiae tangentes denegatam delationem appellationis ab executorialibus, exequutoribus, & eorum excessibus, materia quidem subtilissima, & nimis practicabilis, praecipue in tribunalibus superioribus, dilucide tractata. In quinta autem parte agitur (ut superius dixi, ad principium) de iusta Bullarum retentione, & quibus casibus locum habeat, ac etiam de violentiis admittis per iudices conservatores, sive in procedendo, sive in non defendendo, iustis appellationibus; ac etiam de violentiis tangentibus processus, & exequutiones exequutorum Apostolicarum gratiarum. In sexta autem & ultima hujus tractatus parte, variarum ac practicabilium quaestionum resolutiones annectuntur, quae materiam tangunt, & tractatum perficiunt, illamque & utilem, & illustrem reddunt.

Et

4. Et pro totius operis introductione, ut clarius cognoscatur, & justificationis detur fundamentum; praemittenda sunt mirabiles legis Regiae 36. tit. lib. 2. recopilationis verba, quae ita transcrita recitentur.

Por quanto assi por derecho como per columbre immemorial, non pertencee alcar las fuerças, que los jueces Ecclesiasticos, y otras personas hazen en las causas, de que conoscen, no otorgando las appellaciones, que dellos legitimamente son interpuestas. Porende mandamos a nuestros Presidentes, y Oidores de las nuestras audiencias de Valladolid, y Granada; que quando alguno vintiere ante ellos, queraxando se, que no se le otorga la appellacion, que justamente interpone de algun juez Ecclesiastico, den nuestras Cartas en la forma acostumbra da en nuestro Consejo, para que se otorgue la appellacion; y si el juez Ecclesiastico no la otorgare, manden traer a las dichas nuestras audiencias el proceso Ecclesiastico originalmente, el qual trabado, sin dilacion lo vean, y si por el les constare, que la appellacion es la legitimamente interpuesta; ai cuando la fuerça provean, que el tal juez la otorgue, &c. & alia prosequitur verba, quae magis pertinent ad modum procedendi in hac extrajudiciali cognitione recursus, quae in princ. c. sequentis referuntur, cujus proprius locus est, cum hoc cap. de justificatione tantum, quatenus tangit ad Theoricam, tractemus; & cum hac lege concordat l. 2. tit. 6. t. 1. & l. 7. tit. 2. l. 3. recopil. comprehendit etiam alia plura juris Canonici decreta, quorum nomenclatura proinus recensenda erit.

16. Praecipuum igitur nostrae legis Regiae conclusionem; ut Regibus Hispanis jure, & consuetudine sit attributa facultas, & potestas propulandi violentias, & oppressiones factas a iudicibus Ecclesiasticis, sive inter clericos, sive inter laicos, plurimi nostri juris professores, tam exteri, quam Regnicolae amplissime exornant juribus, & rationibus Auffer in additio. ad repeti. clem. 1. de off. gl. 2. fall. 30. Carol. de Grass. gl. 1. regal. Francia, jure 7. Rebus, 3. com. tit. de appell. tanquam ab abusu, Montan. in reperio. verb. Rex. in fin. fol. 115. Martinus Nova. in cap. cum contingat. rem. 1. col. 2. cum seqq. idem Navar. in manuali latino, c. 27. n. 69. Aventan. c. 1. prat. n. 32. l. 1. & c. 6. n. 12. l. 2. Castell. in l. 49. Taurini. c. 1. Avilesi. in cap. prator. 1. verbo mandamos. n. 8. cum seq. Villalo. in aratio. com. opinio. lit. C. n. 25. f. 26. defendit Chaqueria. in deci. Pedemont. 30. per totum, la & Sal. ed. in additio. ad prax. Bern. Diaz. c. 102. lit. A. verb. violentia illatores, Paz in praxi. tom. 1. temporis, c. 1. an. 23. Greg. Lopez in l. 13. tit. 13. p. 2. verbo usuerca, l. titissimè Barthol. Hamad. in eadem l. 3. verbo nisi fuerca gl. 4. ex n. 1. p. 2. f. 37. pulchre Vivalt. in candelabro Ecclesiae, in explanatione Bullae Cene Domini, casu 14. ex num. 102. & optime casu 16. n. 115. Olan. aninomia juris lit. S. n. 76. Mexia super l. Toler. in 2. fund. 11. p. n. 47. fol. 107. nostras Joan. Gortias, vir Doctissimus, omni laude dignissimus, in tr. de nobil. gl. 9. in 51. & seqq. Segur. in dictio. jud. 2. p. c. 7. n. 12. optime Dominus Praef. Cov. in pract. quass. c. 35. vers. caterum in ha. Regia, & Castellana, &c. cum seqq. & in vers. allegat. Mari. ab Alpiquetis in d. e. cum contingat, Joan. Gutier. pract. quass. cepit. 1. q. 20. per totam. & idem de juram. confirm. l. 1. c. 2. n. 36. Castell. a Bobad. in sua polit. l. 2. c. 16. an. 91. & seqq. Azeved. in l. 3. tit. 6. l. 1. recopil. Caned. in collecta. ad decretal. collecta. 17. per totam, & idem ad decret. collect. 7. Axia. de exhib. auxil. fund. 24. Olivanus, de jure sific. 10. n. 36. & c. 11. n. 54. & 36. Sele. de inhibiti. c. 7. §. 1. §. 2. §. 3. & §. 4. & novissime in 2. tom. decif. scribit unam epistolam ad Regem per totam, in eodem tom. decif. 114. per totam, late etiam Pacianus consil. 164. an. 23. cum pluribus seq. Fontan. de pactu. nuptia. & c. 13. concl. 4. a n. 8. & n. 17. & gl. 13. clausu. 14. p. 3. an. 12. cum seq. Sim. de Carboll. in l. tit. 55. n. 45. Didac. Perez. in l. 2. tit. 1. l. m. gl. puden. cono. cer, pag. 197. princ. Henric. in sum. l. 10. c. 3. n. 4. optime Marla 1. p. tit. 2. q. 14. n. 4. Hieronym. Llam. 1. p. metho. c. 19. pag. 93. & in

3. p. c. 12. §. 7. pag. 839. optime etiam & late tractat novissime Torre Blan. de Magia, l. 3. c. 26. per tot. Caned. in q. can. 45. per totam, idem probat Carolus de Grassis in tractatu de effec. cleric. effec. 1. num. 396. & seqq. & per Franchis. decif. 193. num. 11. Carolus de Tapia Regius Consiliarius in compila. jur. reg. Neap. rubr. 4. n. 11. lib. 3. fol. 27. & lex jam transactis annis post hac 17 scripta de hac recursus justificatione, quae a Doctoribus praefatis dicta erant, recitavit Cevall. idem, quod in lucem semel, bis, ac iterum, prodit; prima enim vice, sub 4. tom. suarum communium opinionum, Hispano sermone, quo Epistolam ad Regem vo. at, postmodum in eodem volumine, illuminet de verbo ad verbum transcribit, ex Hispano in Latinum sermone traducendo, sub nomine quaestiones 897. quo adhuc non contentus, iterum illud idem in 5. tom. suarum opinionum repetit (mutato, & variato modo duntaxat) per glossas & apostillas, ad d. l. Regiam 6. distinguendo, quibus omnibus unum, & idem semper repetitur. Omnia ista igitur (multo post hac scripta) 18 edita fuere, cujus veritatis testimonium ab omnibus serè hujus regni jurisperitis, hujusque omnibus tribunalibus, ac nonnullis Valfloletan, & etiam Regalis supremi Concilii Senatoribus, & Advocatis testimonium petere possumus; sed ut ceteros taceam, omni exceptione major ad hoc esse potest, Dominus, ac semper Dominus meus, non satis ab omnibus mundi linguis laudatus illustrissimus, ac excellentissimus Comes de Monte Rey, & de Fuentes, dignissimus potentissimi Philippi IV. Praef. lupremi Italiae Concilii.

Igitur praecitati Doctores, licet in genere, & in 19 communi de Regum recursus justificatione tractarint (de qua nos in hoc cap. 1. dumtaxat tractamus) tamen non tam ample, quin nostrae continuè meditationi labore conflictatae, plurima servarent intacta fundamenta, tum mirabilia, tum omni modo rei, de qua agimus, necessaria, (prout suis locis adnotabo) quilibetque totum hujus operis pondus niti apparebit.

Ceterae autem quaestiones, & difficultates, quae infinitae penè sunt, & ingentes materiam nostram tangentes, scilicet, quibus specialiter casibus violentiam adesse cognoscatur, ab omnibus Doctoribus omissa sunt, tanti operis laborem aufugientibus, quod si agimus, necessaria, (prout suis locis adnotabo) quilibetque totum hujus operis pondus niti apparebit.

Et hujus prioris capitis materiam respectu, ita me gerat, ut eo utar modo, quem tradit Seneca, in Epist. 85. lib. 12. dum loquendo de Scripatoribus; in hac inquit: Nos quoque apes debemus imitari, & quae cumque ex diversa lectione congestimus, separare; melius enim distincta servantur; deinde adhibita ingenii nostri cura & facultate in unum saporem varia illa libamenta confundere, ut etiam apparuerit, unde sumptum sit, aliud tamen esse, quam unde sumptum est, appareat. Quod in corpore nostro videmus, sine ulla operâ nostrâ facere naturam, alimenta, quae accipiunt, quando in sua qualitate perdurant, & solida innatant stomacho onera sunt; at cum ex eo quod erant, mutata sunt, tunc demum in vires, & in sanguinem transeunt: idem in his, quibus sluntur ingenia, praestemus, quae cumque hausimus, non patiamur integra esse, ne aliena sint, sed concoquamus illa, &c.

Et in primis pro nostrae legis Regiae justificatione, 23 A. 4. duo

duo notanda sunt, primum, quod d.l. 36. non est dispositio juris novi inductiva sed juris naturalis; & rei existens declarativa, cum vergat ad directionem subditorum, & vassallorum defensionem Principis officio inherentem, & jure naturali inducitur, tradunt Alvar. Valaf. consil. 100. Ant. de Petra de potestate Principum, c. 3. quasi. 3. num. 35. ver. ex hoc valet. num. 39. Covar. pract. quasi. c. 1. n. 2. & idem facit Valaf. cons. 73. num. 5. Sese in decis. 113. n. 2. & 3. ubi comprobatur, qui enim declarat, nihil novi inducit, sed rei existentiam demonstrat, & sic cessat difficultas, quod Princeps secularis non potest legem promulgare super Ecclesiasticas personas, aut res spirituales; licet verum sit, quod in corroborationem juris Canonici, & naturalis, & in ejus utilitatem valida erit lex ut docent Morla, in Empor. jur. tit. de leg. num. 24. & 25. Joan. Gutierrez. l. 2. pract. q. 1. n. 4. & cum hac lex Regia disponat in auxilium juris Canonici prohibentes violentas oppressiones, & ne judex in contemptum superioris exequatur sententiam, pendente legitima appellatione, ideo valide procedere dicitur, maxime cum, ut dixi, nihil novi inducat, facit l. adeo, §. cum quis, ff. de acquir. rerum domi. ibi, cum enim grana, quae spicis continentur, perfectam habeant suam speciem; qui excussit spicas non novam speciem facit, sed eam, quae est detegit; & quae in ejus probationem latissime nos deduximus infra, 4. p. cap. 10. per totum.

26 Secundum, notandum est, quod cum sacra Catholica Majestas supremis Principes sit, nullum in temporalibus recognoscens superiorem, nec etiam Imperatorem quia ipsi non subest, ut latissime probat plurimis Doctoribus congestis Mart. in tract. de jurisd. 1. p. cap. 26. num. 68. ubi etiam à n. 96. de regno Portugalliae, & de aliis sigillatim regnis, & Regibus ibi à n. 68. Cardinal. Tusc. pract. concl. lincra R. concl. 345. & de Rege Portugalliae concl. 348. & de Rege Aragonum concl. 341. & de aliis Regibus à concl. 338. cum seqq.

27 Ejus assertioni (scilicet Regibus Hispaniae de jure, & consuetudine immemoriali competere potestatem tollendi violentias ab Ecclesiasticis iudicibus illatas) standum est, qui probat etiam in facto proprio, ut per clem. si summus Pontifex, de sentent. excommunicat. & post Quintilian. Mandof. & alios plures probat Menoch. consil. 100. num. 24. maxime cum sumus in antiquis, in quibus Princeps datur intentionem suam, nam ejus assertio probat etiam in praedictis tertii, late post alios plures Craver. in tract. de antiquit. tempor. cap. 2. num. 25. Mandof. ad Lapin, allegatone 7. late prosequitur Mascar. de probat. 3. tom. concl. 1228. & per totum, & quid mirum, si etiam Doctoribus attestantibus de consuetudine sit credendum, ut inferius dicitur, cum Princeps sit lex viva?

Argumenta contra recursum ad Regem.

28 Sed contra eisdem legis Regia principalem intentionem, ut scilicet supremis Principibus secularibus, nec de jure, nec de consuetudine competat, nec competere possit hujusmodi cognitio, & potestas tollendi violentias ab Ecclesiasticis personis, & iudicibus commissas, fortis pugnant argumenta; & in primis dispositio Concilii Tridentini sess. 25. c. 3. ibi: Nefas sit faculari cuilibet magistratu, prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, aut latam excommunicationem revocet, sub praetextu quod contenta in praesenti decreto non sint observata, cum non ad saeculares, sed ad Ecclesiasticos haec cognitio pertinet, &c. Quae quidem Concilii verba directè repugnant videntur huic cognitioni per viam violentiae, & recursum ad Regem nostrum. Quod etiam confirmatur ex d. Concil. Trid. sess. 25. c. 20. ubi hortatur Reges, &

Principes, ne permittant Ecclesiasticos à iudicibus saecularibus, in aliquo offendi, vel gravari.

Secundo fortis urget Bulla in Coena Domini quod tannis promulgata Romae in Coena Domini, scilicet c. 14. §. 16. & hujus casus verba sunt: Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, alioque superiores, vel inferiores Praelatos, & omnes alios, quoscunque iudices Ecclesiasticos, ordinarios quomodolibet impediunt, quominus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque utantur, secundum quod Canones, & sacra constitutiones Ecclesiasticae, decreta Conciliorum generalium, & praesertim Tridentini stantur, aut etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum, quorumcumque sententias, & decreta, aut alias fieri Ecclesiastici iudicium, illudentes, ad Cancellarias, & alias curias saeculares recurrunt, & ab aliis prohibitiones, & mandata etiam poenalia ordinarii, aut delegati praedictis, decernit, & contra illos exequi procurant; eos quoque, qui haec decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem, &c.

Tertio, fortiter pugnant Rotae decisio resoluta anno 1599. quam referens ad litteram transcribit Sese in tract. de inhihit. iustitia Aragon. c. 8. §. 3. n. 109. cuius sunt verba, ibi: Utraque parte infirmante, super dubio dato, an Paulus Lecanus fuit excommunicatus ob recursum ad tribunal saeculare iustitiae Aragonum, in quo illius procurator obtinuerat firmam jurum, ad inhibendum iudici Ecclesiastico, ne (appellatione pendente) aliquid innovaret; & ibi Domini responderunt illum ipso jure incidisse in sententiam excommunicationis, quia recurrendo ad iudices saeculares, causam praebuit, ut immunitas Ecclesiastica violetur, §. 16. Bullae in Coena Domini, &c. Deinde quia haec cognitio per viam violentiae non solum jure non fundatur, & competit; ut asseverat d. l. Regia 36. sed imò infinita pene juris Canonici decreta resistunt, ut sciam; aliae etiam plurimae sunt decisiones Rotae eodem modo loquentes, quas literaliter reulimus infra à n. 259. cum seqq.

Deinde, & quarto contra consuetudinem immemorialem, quae eadem lex Regia affirmat hanc potestatem tollendi violentias inter Ecclesiasticas personas competere Regi nostro; non minora repugnant juridica fundamenta: etenim immemorialis consuetudo, & praescriptio licet vim habeat tituli, veritatis, & privilegii, quod ex tanti temporis curriculo praesumitur praescripsisse) tamen talis immemorialis non suffragatur, quoties evidenter apparet de invalido, & de injusto titulo, & iniquo principio, quia consuetudo immemorialis nullam incidit praesumptionem, quantumvis legitime sit probata, ut verissimam conclusionem firmat late post alias, Mieres in tract. de maj. 4. p. q. 21. n. 58. & supra à n. 49. & 52. in 2. impress. Avenda in tract. de exequen. manda. 1. p. c. 12. n. 6. fol. 85. Parisius in tract. de confident. q. 28. Hieronym. Gonzal. in reg. 8. de altern. 18. n. 48. Trivilla de c. 55. n. 6. Aloyf. Ricc. in pract. Eccles. juris part. decis. 144. n. 18. ubi testatur sacram congregationem tenuisse, Verall. in decis. 314. part. 3. Crescent. decis. 21. num. 4. de prebend. Cardin. Put. decis. 189. n. 5. lib. 1. & in decis. 222. lib. 3. & decis. 436. lib. 2. Sed de injusto titulo, & infecto principio apparet evidenter, & notorie per innumerata juris Canonici decreta, dispositiona, ut causa clericorum super eorum rebus, & temporalibus, & spiritualibus, ad saecularia iudicia non trahantur, c. at si clerici, de iudic. si diligenti. si iudex laicus, de sententia excommunicationis, lib. 6. imò & cum haec cognitio per viam violentiae procedat contra iura illi resistentia, jam in Principe, & ejus Senatoribus, necessariè datur mala fides, iuxta l. quemadmodum C. de agricol. & censu. l. qui contra iura, ff. de regul. jur. non dubium, C. de legib. cum concordan. Unde laicus possidens spiritualia, semper praesumitur esse in mala fide

fide, ut dicit Innocent. in c. constitutus, de electio. & Bal. in l. super longi. col. 4. C. de praescript. 30. ann. Mart. in tract. de jur. 4. p. cent. 1. casu 47. n. 5. sed consuetudo immemorialis non habet juris effectum, nec locum habet, ubi datur mala fides, Minfinger. cent. 1. observ. 30. Jafred. in decis. 69. Bald. de praescript. p. 3. tit. de bona fide, q. 6. Aloyf. Ricc. in pract. jur. part. 4. decis. 144. sub n. 18. vers. secundus est casus, & nos latius diximus infra 3. p. c. 10. vers. ex quibus deducitur quod licet, à n. 182. ergo hujusmodi consuetudo procedere non potest.

35 Quinto, quia hujusmodi consuetudo nimis est praedictialis statui Ecclesiastico; & contra libertatem Ecclesiasticam, quae quidem omni jure similis consuetudo reprobata est; quia cum exemptio clericorum sit jure divino (saltem in spiritualibus) introducta, nulla potest consuetudine tolli, Celeritè de iudiciis, ibi: Non debet in hac parte Canonici praedictum generare, &c. text. in c. cum terra, de electione, ubi damatur quadam consuetudo contra Ecclesiam, ibi, quia in gravamen, & perniciem Ecclesiasticae libertatis redundat; text. in c. cum inter. text. in c. ad nostram, de consuetud. text. in a. ubi. C. de sacros. Eccles. & quod talis consuetudo sit nulli momenti, decidit Roia decis. 804. de consuetud. in antiq. quod & probatur ex d. Bull. in Coena Domini cas. 15. ibi, ex quavis causa, & quovis quavis colore, aut etiam praetextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, &c. ex qua resiliat, quod non solum prohibetur consuetudo hoc casu, sed etiam revocatur privilegium quodlibet ei contrarium.

36 Sexto, quia ubi datur in praescribente incapacitas, etiam consuetudo immemorialis non suffragatur, late prosequitur Marta de jurisd. 4. part. cent. 2. casu 47. per totum, ubi alios allegat, quia laicus non potest se introducere in spiritualibus, & ejus annexis, nisi aut de licentia Papae, aut in casibus à jure sibi expressis, gl. in c. fin. 23. q. 1. quam ad id dicit singularem Marta ibi n. 4. ergo cum in Principe saeculari detur incapacitas, non procedet consuetudo etiam immemorialis.

37 Septimo probatur, quia lex, consuetudo, & statutum regulatur à potestate inducens consuetudinem; sed laici, qui non possunt inducere legem, aut consuetudinem contra clericos, ex defectu jurisdictionis, & potestatis, ut late plures citans argumentatur Mart. de jurisd. 4. part. cent. 1. cas. 64. per totum; ergo cum hujusmodi consuetudo cognoscatur per viam violentiae inter Ecclesiasticos est inducta à laicorum Rege, & eorum iudicibus, & tribunali supremo; ergo non debet valere, lege resistente, & ex defectu potestatis, cum talis consuetudo sit merè civilis, quae clericos non potest ad ejus observantiam adstringere, Covar. pract. c. 3. 1. Azor. instit. moral. 1. tom. l. 5. c. 18. q. 12. late Carolus de Grassis tract. de effectib. cleric. effect. 2. n. 130. & 131. ubi de hoc articulo.

38 Octavo & ultimo facit, quoniam si aliqua ratione, haec immemorialis consuetudo potest sustineri in rei sui natura prohibitiva, maxime quia à jure inducitur, ac etiam facit praesumere praescripsisse privilegium, & Principem illum concessisse, ut probant Doctores superius citati ad 4. argumentum, sed privilegium sponte concessum à Principe, potest illud revocare, ut notat post alios Marta de jur. cas. 52. num. 6. ergo revocatum intelligitur, per Bullam in Coena Domini, d. casu 15. ibi, aut praetextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, &c.

39 Quibus tamen, & aliis infinitis penè, quae consulto omitto (cum omnia & alia, quae considerari possunt, sub rebus tamen virtualiter comprehendantur) non obstantibus, defendenda, & viribus omnibus tenenda est d. l. Regia 36. assertio, cum sit juris naturalis declaratoria, & ex principio rationis naturalis inducta, jure divino, Canonico, & positivo approbata, frequentè, & universalè usu recepta, ac immemorialè consue-

tudine corroborata; ad cujus cognitionem, ut clarè & distinctè procedamus, nonnulla necessaria, & utilia praemittenda sunt.

PRELUDIUM I. SUMMARIUM.

- 40 Dominus Deus noster omnipotens vi oppressorum protector auxiliæ & recursus dicitur ex sacra pagina testimonio.
41 Haec potestas tollendi violentias protectio vi oppressorum à Domino Deo derivata, & in reges non cognoscens superiorem in temporalibus gradatim transfusa.
Michaeli Archangelo potestas concessa fuit in Caelo propulsandi violentiam superbiam Luciferi ibronum Dei altissimi occupareipienti, ibidem.
Reges in temporalibus Vicarij Christi Dñi nostri electi fide, ut in pace vassallos à violentiis defendant, ibid.
42 Non est potestas nisi à Deo, quae autem sunt, à Deo ordinata sunt.
43 Regimen à Deo Reges non simpliciter accipiunt, sed cum qualitate vi oppressorum protectionis naturaliter illis annexa, & indivisibilis.
Rex est imago Reipub. & quasi Deus in terra, ibid.
Regis proprium officium est, vi oppressos liberare, ibid.
44 Objectum, & finis supremi regiminis est temporalis pax publica, & vassallorum tranquillitas.
Ob bonum commune, & publicam subditorum utilitatem regimen creatum, & à Deo concessum est, ibid.
45 Deus Principem praefecit, ut homines malos compefcat, & bonos tueatur ab oppressis.
46 Dei potentiam curare; regna oriri, & mutare, regesque rejicere, alioque creare, & vocare, ut ab aliorum tyrannide, & oppressione populum tueantur, sacra pagina testimonio probatur.
47 Suprema Principum potestas temporalium non recognoscens superiorem in temporalibus, & eorum jurisdictione non data fuit eis à Pontifice.
48 Ante adventum Domini nostri Jesu Christi summamque Clavium potestatem iradium Pontifici, jurisdictione temporalis vigeat in Regibus immediate data à Deo, mediante populo & causativo, ibid.
49 Principes temporales in principio non cognoscens superiorem, omnia tam temporalia quam spiritualia regunt.
50 Exemptio clericorum à jurisdictione saeculari fuit deducta à Regibus Christianis, & concessa ob reverentiam sanctae Ecclesiae.
51 Privilegium exemptionis clericorum à tempore Constantini Imperatoris est concessum.
52 Deus in universo duos constituit Vicarios, ut in tranquillitate & pace respublica gubernetur.
53 Potestas temporalis habet ut objectum & finem, felicitatem humanam, hoc est justitiam & felicitatem vite temporalis, & sic considerata, & erit ab spirituali distincta, & separata.
54 Duae potestates, ubi simul reperitur in republica Christiana, unum corpus faciunt, subest tamen temporalis spirituali.
55 Summus Pontifex utramque habet potestatem, spirituales, & temporales; primam absolute, secundam in habitu, & potentia.
56 Summus Pontifex cessante causa spirituali, non utitur potestate temporali contra regimen Regum, & Principum temporalium.

REX Regum, & Dominus Dominantium, qui superiorem nullum, nec in terra, nec in caelo cognoscit, nec potest, Imperator caelestis Deus, vi oppressorum protector, auxiliæ, & recursus dicitur; cujus omnipotentiam fortem, ac potentissimum

Soto, in 4. d. 25. q. 2. art. 1. Vivald. lib. 2. doct. fid. art. 3. c. 76. & 78. Cevall. in Epist. ad Regem, n. 6. & seqq. Sese, in Epist. ad Regem, n. 9. cum seqq. ubi aliqua reddit, & mirabiles comparationes, ac exempla.

Cessante autem hac causa spiritali, Summus Pontifex non potest temporali potestate uti contra regimen Regum, & Principum politicum temporalium, Bellarm. de laicis, lib. 3. c. 3. Navarr. d. c. novit. n. 21. Molin. de justit. & jur. tom. 1. disp. 29. Frater Francif. de Sola, contra incognitum, n. 52. Martta, de jurisf. 1. p. c. 17. Cevall. & Sese, ubi proxime.

Deficiente igitur in Pontifice usu, & exercitio temporalis potestatis necessarium est, illam habere Reges, ac Principes supremos, non recognoscentes superiorem in temporalibus, ad bonum regimen, quietem, & tranquillitatem Reipublicae, pacem, & conservationem vassallorum, illos protegendo, tollendo violentias, & oppressiones quorum proprium officium est, & naturale attributum, inharens officibus regiminis, & coronae à Deo maximo sibi ab origine traditae, & à principio hujus praeludii late comprobatum reliquimus.

PRELUDIUM II. SUMMARIUM.

- 57 Princeps temporalis non recognoscens in temporalibus jurisdictionem, tenetur ita ad protectionem clericorum, sicut laicorum.
58 Clerici dicuntur cives, pars populi, & membra Reipublicae.
Civium appellatione etiam in statutis clericis veniunt, ibi.
59 Parochus est de universitate & potest uti sui parochus, & nemoribus civitatis sicut quibus de universitate.
60 Beatus Paulus civis populi Romani fuit nuncupatus, quia pater ejus cum Romanis civilitatem contraxit.
61 Praelatos Hispania, & alias personas Ecclesiasticas de consuetudine teneri ad juramentum fidelitatis Regi praestandum in recognitionem domini ac capituli in temporalibus.
Joannem Pontificem XXII. concessisse Regibus Hispania privilegium jurandi Praelatos fidelitatem, ibidem.
62 Clerici non tam absolute exempti sunt à jurisdictione Regia quam ratione subjectionis, & vicinitatis in temporalibus subsint Principi seculari in ordine ad bonum publicum, & rectum regimen.
63 Privilegium concessum terra, patria & Reipublica non solum laicos, sed etiam clericos comprehendit.
64 Clerici tenentur ad observantiam legis politicae tangentis bonum universam, & publicum communitatis laicorum, & clericorum.
65 Lex temporalis ratione directiva obligat etiam clericos, quatenus universi tangunt bonum publicum clericorum, & laicorum.
66 Leges Regias tangentes bonum totius communitatis tenentur observare clericis, cum non tendunt in praedictum libertatis Ecclesiasticae.
Clerici sicut in spiritualibus tenentur jura canonica servare, ita in temporalibus à civilibus sanctionibus concernentibus bonum publicum, discedere non possunt, ibi.
67 Aliud est condere legem particularem circa bona clericorum, aliud generalem, qua comprehendat temporalia tam laicorum, quam clericorum, cum prima non licet, secunda valet.
Observantia talium legum est necessaria ad pacem Reipublicae, ibidem.
68 Clerici tenentur ad observantiam pragmaticae taxae panis sub pena peccati, & restitutionis.
69 Tamen quoad punitionem, & poenae executionem non iudex secularis, sed Ecclesiasticus competens est.
70 Supremus Princeps in temporalibus tenetur clericos

ab oppressione, & violentia eis facta à iudicibus Ecclesiasticis deviare, quia murus est Ecclesia.

71 Principes temporales tenentur ex debito officii impartiri brachium, auxilium, & protectionem Ecclesiasticis personis.

Res, & Ecclesiastica persona in tuto esse non possunt, nisi eas regia, & sacerdotalis regat potestas, ibidem.

72 Reges ad hoc sunt in terris dati à Deo, ut tueantur Ecclesiam universalem, & omnes Ecclesias, & Ecclesiasticam libertatem.

Ecclesia, & Ecclesiastici arma non exercent, & ideo indigent defensione & protectione, ibid.

Imperator jurat auxilium, & protectionem Ecclesiae exhibendam, ibidem.

73 Reges Hispania, & caeteri Catholica reipublica supremi Principes sunt protectores decretorum Concilii Tridentini.

74 Reges Catholici tanquam Christiane religionis protectores possunt assistere per se & sunt Legatos Concilio propter quietem reipublicae.

75 Non solum Principi, sed cuiuslibet licet iniurias & oppressiones sacerdotibus factas vindicare.

76 Principes sunt tutores reipublicae.

Definitio tutela traditur, ibidem.

77 Princeps supremus iudex conservator subditorum dicitur. Conservatoris officium est, violentias & iniurias notorias tollere, & reprimere, ibidem.

EX haecenus deductis sequitur Principem temporalem supremum in temporalibus eodem modo teneri ad protectionem viopressorum clericorum, sicut laicorum, nam cum clerici sint pariter cives, pars populi, & membra reipublicae temporalis, docet B. in l. 1. num. 11. ff. ad munic. Bald. in cap. 1. de vassal. qui arma bellica deposuit. Oldrad. consil. 22. Nat. consil. 157. num. 8. Marfil. in tract. de bannit. in vers. civitate, n. 116. Tiraq. de primog. q. 24. n. 9. & q. 44. n. 9. late Petr. Surd. in consil. 1. n. 7. vol. 3. Franc. Marc. decij. Delph. 456. n. 9. p. 1. Vinc. de Franc. decij. 49. num. 4. & num. 5. vol. 1. Greg. Lop. in l. 1. tit. 10. p. 2. Cevall. in epist. ad Reg. sub n. 22. Alvar. Valaf. consil. 100. n. 2. Bobad. in Politi. lib. 2. c. 18. n. 67. & 181. & num. 308. Mart. de jurisf. 4. p. c. 1. n. 27. Domin. in c. de his 12. diff. per text. ibi. dicens, quod civium appellatione etiam in statutis clericis veniunt, refert Burg. de Paz. in l. 3. Tauri, n. 40. fol. 222. alleg. text. quem bonum vocat in l. 5. in princ. tit. 2. p. 1. & in c. si in adiutorium, 11. diff. Nat. in tract. de statuto exclusi. sum. in 3. q. princ. cap. 1. n. 85. Cumian. super ritibus Siciliae, c. 40. n. 280. Barba. in c. Rodulph. n. 137. de rescript. late Mart. in tract. de jurisf. 3. p. cent. 1. l. 49. fol. 123. à n. 7. late Bartol. de Chassan. in conjur. Burgundiae, rubric. 13. de forest. §. 5. col. 2. Lucas de Penna, in l. civis, col. 1. Cod. de agricol. & censu. lib. 10. & facit quod dicit Alberi. in l. 1. col. 2. & 3. ff. quod cuiusque universitatis nomine, quod clericus parochiae sit de universitate & si illum frui posse prout alios cives, parochus, & nemoribus universitatis, Oldrad. consil. 32. quem refert, & sequitur Boer. decij. 26. ad hoc, n. 21. idem Boer. in decij. 260. n. 21. Joan. Becc. in conjur. Alvernus, fol. 235. col. 2. Abb. consil. 6. casus super quo lib. 1. plures alios refert Burg. de Paz. ubi proxime, n. 403. tenent etiam copiose Bellarm. de cleric. cap. 28. vers. tertia propositio Menoch. consil. 1000. n. 27. lib. 10. & consil. 800. n. 21. lib. 8. Aven. de exequend. 2. p. c. 14. n. 19. Ozalc. decij. 181. Sarm. lib. 7. secl. cap. 13. Bobad. ubi supra, n. 222. Farin. tit. de inquisition. q. 8. n. 30. Covarr. reg. posselj. 2. p. §. 4. n. 9. Ozalc. decij. 28. à num. 6. Qui etiam probant ex hac ratione clericos teneri tanquam vassallos legem politicam in bonum publicum servare, Probant etiam Doctores, in cap. 1. de vita & honestate cler. & in c. dilect. de for. compet. & in l. 1. ad municip. ex

ex text. in aut. quæstor. in prin. & quod dicit text. in §. plebiscitum. inliti. de jur. natur. gent. & civil. Greg. Lopez in l. 1. in verb. pueblo clamam. in fin. tit. 10. p. 2. & Thom. Gramati. in decij. 100. in causa universitatis, n. 18. & ob hanc rationem B. Paulus le nuncupavit civem populi Romani, quia ejus pater cum Romanis civilitatem contraxerat. c. si in adiutorium, 11. d. & ibi glos. & Doctores, Burg. de Paz in l. 3. Tauri, n. 332. & quod veniant clerici appellatione vassallorum Principi naturaliter, & originarie, latissime comprobat Carolus de Grassis, de effect. cleric. effect. 2. à n. 361. usque ad num. 379. infinitos allegans, ubi plurima congerit, videndus.

61 Et ex hac ratione provenit laudabilis illa consuetudo regni Hispania, Praelatos scilicet, ac personas Ecclesiasticas teneri ad juramentum fidelitatis Regi praestandum in recognitionem Domini, ac capituli in temporalibus. Alvar. Valaf. consil. 100. in in. Francif. Top. de potestate Principis secularis, §. 3. n. 13. & post Barda en el fuero de prelator. n. 10. Carolus de Grassis in tract. de effect. cleric. in præludio, n. 376. post Valaicum ibi. n. 6. tenet Sese in Epist. ad Regem, n. 114. Olivian. de iure sic. c. 7. n. 7. & est l. 5. tit. 15. part. 1. ibi. Adesto debent facer omneneje lo mas onrados homes del Reyno que y fueren, assi como los Prelados, y Reos homes, &c. & ibi Greg. ver. los prelados. Camill. Borell. de Reg. Cath. prael. c. 46. qui refertur hoc etiam privilegium concessisse Joan. Pontificem XXII. Regibus Hispania; ac ideo licet clerici sint exempti etiam in causis temporalibus à jurisdictione Regia, nihilominus non tam absolute quam ratione subjectionis, & ut cives reipublicae temporalis, ac membra illius, subsint Principi temporali in ordine ad bonum publicum, & rectum regimen totius communitatis. Navar. manuali c. 23. n. 88. Soto in 4. dist. 25. q. 2. Molin. de just. & jur. 1. tom. disputat. 31. vers. sexta concil. Bellarm. lib. 1. de clericis, c. 28. Salced. in addu. ad Bernard. Diaz. cap. 55. num. 5. Prosp. Farinac. in tract. criminum tit. de inquisit. q. 8. n. 30. ergo Princeps supremus tenetur Clericos defendere, & à violentiis protegere, quemadmodum caeteros iudices, & Reipublicae Vassallos.

62 Ex qua ratione provenit, quod cum clerici dicantur cives reipublicae, privilegium concessum terras, patriae, & reipublicae, non solum laicos, sed etiam clericos comprehendat, Roma. in conf. 180. n. 2. Fel. in cap. Eccl. S. M. num. 76. de inliti. Oldrad. in consil. 32. Mart. de jurisf. 4. p. cent. 1. cap. 63. sub n. 5. & 6. latissime Grassis de effect. cleric. effect. 2. n. 371. & late à n. 361.

63 Et ex hac doctrina, & ab omnibus recepta conclusionem, ut clerici subiaceant Principi temporali, ut cives, & membrum reipublicae; procedit, ipsos teneri ad observantiam legis politicae tangentis bonum universum, & publicum communitatis laicorum; & clericorum, prout gravissimi Doctores eam tenent, tam Theologi, quam Juristas, Menoch. consil. 1000. Bellarm. lib. 1. de cler. q. 28. vers. tertia propositio, Avenda. de exequend. manda. 2. p. c. 14. n. 19. Mexia ad pragmaticam Regiam, concil. 5. n. 41. Menchaca lib. 1. de successione. creatio. §. 10. num. 648. & ita fuisse iudicatum tenet Chaquer. decij. Pedemont. 181. Menoch. consil. 800. n. 21. lib. 8. probat lex. §. 4. tit. 6. p. 1. & l. 52. tit. 6. p. 1. l. 1. tit. 25. l. 5. recopil. ibi: Clerigos y personas Ecclesiasticas como seglares. Probant etiam DD. supra citati sub num. 59. late plura per Grassis in tract. de effect. cleric. effect. 2. n. 130. & 131. & à n. 166. fol. 430. & iterum à n. 265. plurimos citat.

64 Quia lex temporalis ratione directiva obligat etiam clericos, quatenus universali ratione tangit, & respicit bonum publicum, & commune laicorum, & clericorum, quia iustum est, & rationi consonum, ut pars subiciatur conservationi, & utilitati totius universi, prout est reipublica temporalis, Covarr. in regul. posseljor. 2. p. §. 9. vers. 3. Menoch. d. consil. 800. consil. 1000. Surd. consil. 301. vol. 3. Gutier. lib. 1. p. quæst. fin. Sarmient. lib. 7. Selestar. cap. 13. num. 1. Mart. de jurisf. 4. p. q. 1. cap. 47. Salgado de protect. Reg.

num. 6 Hieronym. Gabriel consil. 37. num. 5. lib. 2. Vincent. de Franc. decij. 9. n. 3. ubi allegat Didacum Perez in l. 2. tit. 2. lib. 1. ordinam. & post Bernard. Diaz Bobadil. in politic. l. 2. c. 18. n. 122. cum seqq. & statim citandi probant, & Grassis in locis proxime citatis.

Quia licet clerici exempti sint à seculari Regia iurisf. 66 dictione, ut notum est, tamen leges Regias respicientes bonum publicum totius communitatis tenentur observare vi directiva, dummodo non tendant in praedictum libertatis, & immunitatis Ecclesiasticae; ita eleganter Victorja in relectione de potestate Ecclesia, n. 4. Morla in empur. jur. 1. p. tit. 1. de leg. n. 9. ubi fundant band doctrinam, tenet etiam Cevall. in tract. de cognitione per viam violentiam, in proemio c. 4. in princ. & per totum, precipue à n. 10. ubi dicit quod ex eo quia clerici sint cives reipublicae temporales, tunc lex civilis, quae respicit universum bonum & commodum reipublicae, servanda est ab omnibus, ut tradit Abb. in c. Eccles. n. 20. & 21. de conf. Menoch. d. consil. 1000. volum. 10. Per Surd. consil. 1. num. 8. vol. 3. Et est ratio, quia sicut clerici in spiritualibus tenentur jura Pontificia servare; ita in temporalibus, à civilibus functionibus, concernentibus bonum commune omnium civium, discedere non debent, ita Diodor. de doctri. Christian. lib. 2. c. 1. proposit. 4. S. Thom. de regim. Principum. lib. 1. c. 12. Bellarm. l. 3. c. 6. Salced. ad Bernard. Diaz. c. 55. vers. sed ut liberè dicat, leges enim & statuta, quae sunt ad Regni gubernationem, & conservationem, etiam Clericos attingunt. Radin. de Ma. jess. Princ. verb. non solum armis decoratam, 2. p. n. 166. cum seqq. Decin. in c. Eccles. sancta Maria, n. 104. de conf. Christoph. de Paz de reus. 2. p. c. 63. n. 14. plurimos citat Grassis in locis nuper citatis, ubi eleganter plures congerit doctrinas, ad propositum videndus.

Quia aliud est condere legem particularem circa bona clericorum, vel generalem, quam comprehendat omnia temporalia tam laicorum, quam clericorum; nam in primo casu procedit argumentum, & ratio illius, in secundo verò non, quia lex non respicit in particulari bona clericorum, sed universa bona consilia in reipublica temporali, quae sunt sub dominio, & protectione Regis, quoad bonum publicum totius communitatis & sic valida est talis dispositio, & lex, cum non concernat personas principales, nec accessorias clericorum; sed bonum publicum totius communitatis, ad eorum mutuum societatem, & uniformitatem, & sic in hoc casu omnes clerici obligantur, quoad vim directivam, in quo omnes Catholici conveniunt, tradit Suarez ubi supra, de leg. lib. 3. cap. 34. Et ratio est, quia uniformis observantia talium legum est necessaria ad pacem reipublicae, & ad observandam inter cives aequalitatem, latissime Grassis de effect. cleric. effect. 2. à num. 161. & 265.

Ex qua ratione tenendum est, clericos ad observationem pragmaticae taxae panis teneri sub pena peccati, & restitutionis, ut docet Joan. Gutier. lib. 2. c. 1. p. quæst. 18. n. 1. Soto in 4. sententia, distinct. 25. q. c. 1. p. 2. Morla in suo empur. jur. tit. 2. de jurisf. q. 12. n. 12. & in tit. de legib. q. 16. n. 15. Francif. Vivius. decij. 18. per totam, & Cevall. in Epist. ad Regem nostrum, n. 23. & in lib. 4. com. 899. n. 147. quia illa lex obligat omnes sive ex vi jurisdictionis, quia respicit bonum publicum, sive ex vi rationis directivae, vel ex utraque causa: latissime profequitur Alder. Malfcar. de interpret. statu. concl. 1. limit. 6. à num. 340. cum seqq.

Et licet contra hanc rationem, & fundamentum, reprobando Cevall. censet aliud Sese in Epist. ad Regem, n. 112. cum seqq. nihilominus ut vera & recepta ab omnibus tenenda est, & licet clericum obliget vim rationis directivae, tamen quoad punitionem, & poenae impositionem exactionem, iudex secularis non est competens, sed Ecclesiasticus, ita Bellarm. lib. 1. de cler. cap. 28. vers. tertia propositio, Solita ubi supra, fol. 36. Covarr. prax.

prax. 1. c. 34. n. 7. Sarmien. lib. 1. Selectar. c. 8. Radin. de majestate Principum, n. 175. Surd. supra n. 31. Marta de jurisd. 4. p. cew. 1. cas. 1. a. n. 33. & supra. Vide optime Grassus de eff. lib. cler. effectus. 2. a. n. 130. & 131.

70 Et ex hac ratione præmissa, ut Princeps supremus in temporalibus alium non recognoscens tenetur exhibere, & præstare suum auxilium, & protectionem Ecclesiasticis personis oppressis, & violententer à suis iudicibus affectis sequitur, ut manus Regia manus sit Ecclesie, ita eleganter Bellug. in specul. Princip. rubr. 11. s. tractandum, & est text. in l. 1. tit. 3. lib. 2. recopil. ibi Y à los Reyes, y Principes encomenado Dios la defension de la santa Madre Yglesia, &c. cui convenit l. si quis in hoc genus, §. si que, C. de sacros. Eccl. ibi: Sic cunctis laudabile factas Sacerdotibus injurias, veluti crimen publicum prosequi. l. Episcopus. C. de Episc. audien. Mart. de jurisd. 1. p. c. 49. a. n. 15. ubi citat l. Sanctissimarum, prop. fin. C. de Episcop. & cler. ubi Justin. mandat, omnibus subditis imperio sub pœna, ut auxilium, & opem ferant Ecclesiasticis personis, text. etiam in e. cum ad verum 96. dist. text. in e. Maximianus Episcopus 23. q. 3.

71 Ad ideo omnes Principes temporales tenentur ex debito officii impartiri brachium, auxilium, & protectionem Ecclesiasticis personis, quia ipsi dicuntur Romanæ Ecclesie defensores, ideo Catholicam religionem armis defendere tenentur, cap. boni Principes 96. dist. in l. capitulum, cap. Principes 23. q. 8. cap. Christiani. 23. q. 1. & probatur etiam in e. 1. de jur. jur. ubi jurant adjuutores Ecclesie Catholice, prout latè prosequitur multa adducens Marta, & de jur. p. 1. cap. 49. fol. 144. & attributum Principis in protegendo vi oppressos, præsertim procedere in Ecclesiasticis personis vi oppressis, dixit Mart. de jurisd. d. 1. p. cap. 8. sub n. 26. reddens rationem, quia res, & persona Ecclesiastica nequaquam in tuto esse possunt, nisi eas & Regia, & facultotalis regat potestas, cap. res 23. q. 5. cap. fin. 95. d. quapropter Rex rectè dicitur oppressorum recurus, ut in lib. Regum cap. 22.

72 Reges itaque, Principes & Imperatores debent tueri Ecclesiam universalem, ac singulas omnes Ecclesias, & Ecclesiasticam libertatem, quia ad hoc sunt in terris dati a Deo, ut per text. in cap. ab Imperatoribus 23. q. 3. & per alia jura firmat Cardin. Tulc. prætic. conclus. litera R. conclus. 333. num. 10. & quod defensio potius conveniat Ecclesie, & Ecclesiasticis personis, quia arma non exercent, quam aliis, & ideo quod Princeps temporalis teneatur Ecclesiam, five particularem, five universalem, tueri, probat Marc. Anton. Genuensis tract. de Eccl. seu prax. Eccl. q. 63. n. 2. & 3. ubi quod ad hoc auxilium, & protectionem exhibendam jurat Imperator ex e. 1. de jur. jur.

73 Hinc est, quod Reges Hispania, & ceteri Catholice reipublice supremi Principes sunt protectores decretorum Concilii Tridentini, ut eo patet in sess. 25. cap. 20. ibi, ad pietatem, religionem Ecclesiarumque protectionem existant. Et constat ex d. l. fin. C. de summa Trinit. & fide Cathol. & auct. quomodo oportet. Episc. col. quibus dicitur, Regiam potestatem ad hoc inter cetera esse institutam, ut Sanctorum Patrum decreta saluberrima, executioni demandari fiant, & inviolabiliter observari; docet Bellarmin. l. 3. cap. 18. de laicis, fol. 1333.

74 Et hanc ob fundamentalem rationem, eleganter resolvit Anton. Cochus lib. 2. institut. major. tit. 3. de Concilio Occumenico, n. 36. quod Principes possunt per se, & suos legatos interesse, & assistere dicto Concilio, propter quietem, & tranquillitatem, ne reipublica turbetur tanquam Christianæ religionis protectores, cujus hæc sunt verba ibi; Et quæ hæc Principum secularium partes præcipue, ut Concilii quietem, & tranquillitatem auctoritate, ac, si opus fuerit, armis tueantur, foveant, & tegant, turbatores longè submoveant, cui si pax, & disciplina Ecclesie solvatur, ille à Principibus

rationem sit exacturus, qui eorum potestati suam Ecclesiam commendavit.) Et quod sic observatum fuit in Concilio Hispanie celebratis, ut in eis ad eius protectionem adhiberit Regum auctoritas, singulorum Conciliorum verbis, & testimonio comprobatur, & latius prosequitur Ceval. in tractat. de cognitione per vim violentiam, in proamio, cap. 9. a. num. 70. cum sequentibus. Sed præ cæteris multis citatis rationibus, & auctoritatibus exornat Valdet. in tractatu de dignitate Regis Hispanie, cap. 1. per totum, & num. 8. Convocator. Concilii Tridentini. Pn IV. sess. 6. Eugubinus, de reparacione sicuti, lib. 5. signo 13. cap. 8. cum sequentibus.

Si enim ex d. l. hoc genus, §. si que, C. de sacros. Eccl. & Marc. supra cunctis sit licitum injurias, & oppressiones factas Sacerdotibus, (ut his publicam) vindicare, & prosequi, quando magis ipsi Regi hoc petuntur, cui proprium officium est, vi oppressos liberare, & ad hoc, regimen à Deo fuit concessum; ut supra diximus, cuique principatiter interest, ne hujusmodi oppressiones fiant, probat text. in l. 2. tit. 10. p. 2. ibi: Que puet el Principe es cabeza de todos, que se debe deler del mal, que recibem alij como de sus miembros; y que entonces sera sumuroy amparo de todos, & l. 2. tit. 1. p. 2. ibi: Como quiter que sea Senor de todos los del Imperio, para ampararos de fuerça e mantenerlos en justicia, & probatur in l. 26. tit. 14. p. 2. ibi: El Rey es cabeza, vinda, y mantenimiento de los vasallos, y el quien no sirve a su Rey, y qui aria a Dios su Vicario, y a al Rey no su cabeza, y al pueblo su vida.

Principes enim sunt tutores reipublice, ut dicit Seneca lib. 1. cap. 4. de clement ad Neronem, & Franc. Top. tract. de potest. Princ. sæcul. §. 5. num. 36. Pinius Secund. lib. 10. Epist. si enim tutor est, debet ei tutela definitio quadrare, de qua in §. 2. Inst. de tutel. ibi: Est autem tutela (ut Servius definit) vis, ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per atatem se defendere nequit, &c. ergo Rex tenetur tam clericos, & Ecclesias, quam laicos tueri, cum sint pars, membra, & cives reipublice temporales, quæ sub tutela Regis est; imò & Principes vasallos uti filios, & nepotes tractare debet, Joan. de Platea in l. neminem, in fin. C. de decurionib. lib. 10. glof. in l. moveor, C. de serv. expor. Roland. à Valle cons. 1. n. 114. lib. 1. Cravet. consil. 9. num. 33. & consil. 241. n. 8. Tulc. ubi proxime, num. 26. Princeps insuper supremus iudex conservator dicitur, ad tollendas violentias, & injurias notorias suorum vasallorum, ita eleganter Tulchus in tract. de visitacione, cap. 31. num. 5. ibi: Rex est iudex conservator suorum vasallorum, ut nemini injuria fiat, & ne aliis injuria inferatur. Conservatoris enim officium est violentias, & injurias notorias tollere, & reprimere, text. in cap. 1. & cap. fin. de off. delegati, in 6. Concil. Trident. sess. 1. cap. 5. & cap. 14. de quo latius erit agendum infra §. p. c. 6. & melius probat ipse Tulchus in lib. 2. cap. 21. num. 15. & 16. ex Grama. decis. 78. & alii, quem sequitur novissimè Moneta in tract. de conservatoribus, cap. 3. sub num. 2. ubi alia adducit in proposito, ut Princeps dicatur conservator suorum vasallorum. Et quod Princeps teneatur defendere à violentiis iudicium Ecclesie, Ecclesiasticæque personarum, jure naturali, divino, canonico, & consuetudine immemoriali, probabimus in sequenti tractatu, quoniam ut supra diximus, ex Belluga, manus Regia manus est Ecclesie, pax clericorum, salus populi, vita vasallorum, caput iudicitorum, tutor reipublice, propugnaculum, & præsidium Christianæ religionis.

PRELUDIUM III. SUMMARIUM.

78 Princeps temporalis supremus omni jure naturali, divino, & positivo, & consuetudine immemoriali tenetur

à violentiis personas Ecclesiasticas sibi subditas protegere.

79 Verba l. 36. recopil. por derecho, de naturali intelligi, & defendi auctor.

80 Jus naturalis dicitur, ne alicui in iudicio, & extra iudicium vis fiat.

81 Appellatio, quatenus est defensio, à jure naturali provenit.

Appellatio non denegatur excommunicato, quia est defensio, ibid.

Formalitas, & solemnitas appellationis est inducenda à jure positivo, ibid.

82 Appellatio est præsidium innocentie inventa ad subvertendum oppressis, & corrigendam iniquitatem iudicium.

Ecclesia Romana est refugium omnium oppressorum, ibidem.

83 Recursus ad Regem pro violentia tollenda à nemine impediri valet cum sit species defensionis.

84 Prohibita appellatione non censetur prohibitus recursus.

Regis recursus dicitur charitativum auxilium, ibid.

85 Cuilibet licet vim repellere, & oppressus de facto potest iudici injuste volenti sententiam exequi, non obstante sua legitima appellatione resistere.

86 Pontificis magis interest conservatio recursus ad Regem pro tollenda violentia, facta à iudicibus Ecclesiasticis, violentiis in contemptum appellationis ad summum Pontificem interpositæ, exequi sententiam indebitè.

87 Pro defensione sui vel suorum potest quis convocare famulos, servos, vel amicos, & extraneos, si aliter non possit se tueri.

88 De jure naturali est oppressis concessum ob propugnandam violentiam, supremorum potentiam invocare. Ex debito sui officii & charitatis tenetur Rex præstare auxilium oppressis, ibid.

89 Quando aliquid fieri licet propria auctoritate, ut vim vi repellere, multo magis id licet facere per iudicem, etiam incompetentem.

90 Ubi quis potest de facto iudici Ecclesiastico exequi volenti sententiam non obstante legitima appellatione, resistere, urbanus faciet, recurrendo ad regium Consilium, ut violentia tollatur, ex Rota resoluti Auctor.

91 Exemptio Clericorum à potestate, & jurisdictione temporalis in eorum utilitatem, non in damnum, & detrimentum eorum introducenda, ut oppressi per iudices Ecclesiasticos non prohibeantur recurrere ad Regem pro violentia tollenda.

Concurrentibus ex uno jure positivo, & ex altero jure naturali & divino, prævalet jus divinum & naturale tanquam potentius, ibid.

92 Sese in Epistola ad Regem à n. 112. 113. & 114. reprehenditur ab Auctore, ibid.

93 Text. in cap. dilecto, de sentent. excommuni. lib. 6. declarat Auctor.

Princeps temporalis in defectum jurisdictionis Ecclesiasticæ tenetur auxilium suum præstare, ibid.

94 Potestas secularis tenetur negare auxilium impetratum à iudice Ecclesiastico pro executione sententia appellabilis, & à qua legitime appellatum est etiam si appellatio non sit admissa à superiore iudice Ecclesiastico, & de hoc constat seculari, dummodo de jure deberet admitti.

95 D. l. 36. recopil. in illis verbis por derecho, interpretatur de divino ab Auctore, & plures sacra pagine loci referuntur.

Princeps an peccet negando auxilium violentie, remissive, ibidem in fin.

96 D. l. 36. ibi por derecho, ut de canonico etiam intelligatur, tradit Auctor.

Cum de uno disputatur, cetera supponi debent habi-Salgado de protect. Reg.

lia, ibidem.

97 C. Regum officium, declaratur.

Potestas cognoscendi per vim violentiam est de regalibus, & reservatis Principi superiori in signum supreme potestatis, ibidem.

Suprema Regia tribunalia Principem representant, & ideo eis hæc potestas cognoscendi commissæ est, ibid.

98 Lex loquens cum aliqua qualitate ad sui intellectum trahit omnes alias que in illo proposito simpliciter, aut generaliter loquantur.

Ad ea que frequentius accidunt, jura adaptantur, ibid.

Defensio & protectio Clericorum, est causa pia, ibid.

99 C. Princeps sæculi 23. q. 5. declaratur.

100 Propter locorum distantiam, aut magnam difficultatem remedi consequendi, adeo ut ad superiorem recurri non possit, multa prohibita permittuntur. Ex mora regulariter periculum oritur, ibid.

101 Longinquitas accurrendi Romam dicitur, quando locus est ultra Italianam.

102 Civitas oppressa potest alteri Domini se tradere defendendam.

103 Necessitas caret lege, & legem non admittit, & illicitum licitum facit, iudicem incompetentem facit legitimum, alteraque præcepta, etiam divina, & alia hujusmodi.

104 Rex potest adiri data iudicis Ecclesiastici superioris remissione.

105 Recursus ad supremam tribunalia pro tollenda violentia nititur maxima utilitate, ut experientia demonstrat.

Innocentes gravissimè opprimerentur à iudicibus Ecclesiasticis, cum longe distet Curia Romana, si hoc non poterit auxilio regio, ibid.

106 Negantes auxilium vi oppressis videtur quodammodo Christum Dominum nostrum persequi.

Regis auxilium implorare contra decimas decimas, licitum est, ibid.

107 Reges & Imperatores tenentur præstare auxilium Ecclesie.

108 In Lusitania non solum Regii auditores, sed quilibet Prætor Regie Coronæ in sua provincia cognoscit de violentia inter Ecclesiasticos de consuetudine, observatur que decisio textus in e. primus 11. q. 1.

109 C. Admittit auctor 23. q. 5. declaratur.

110 C. Christiani 11. q. 1. declaratur.

Violentia est inimica legibus, ibid.

111 C. Filiis vel nepotibus 16. q. 7. declaratur.

112 C. Quidam Monachi 16. q. 1. declaratur.

113 L. fin. C. de summa Trinitate, & fide Cath. declaratur.

Manus Regia manus est Ecclesie, ibid.

Reges defensores Ecclesie, & religionis appellantur, ibidem.

114 Iudex ordinarius tenetur suos subditos defendere. Rex est ordinarius in suo Regno, cum omnes jurisdictiones ab eo effluerint, ibid.

115 Licet Clericis auxilium legis Imperialis assumere, sicut & Imperatorem ipsum & Principem, tanquam legem vivam.

116 Ecclesiasticis iudicibus exequi volentibus abusus notorios à se factos violenter resistitur per privatam personam.

117 Abusus notorius dicitur quoties in actu, qui geritur, usus nullus est ibidem in exemptis.

118 & 119. Recursus violentia iuribus Regis fundatur, & omnis juris confusus est pluribus Auctoribus.

120 L. 36. tit. 5. lib. 2. recopil. verb. por costumbre immemorial declarat Auctor.

Aliud est requirere jus, aliud acquisitum conservare, ibidem.

Consuetudo immemorialis, de qua in d. l. 36. est declarativa, & insuetiva formalitati, & modi defensionis extrajudicialis, observari per longum tempus, ibid.

- Actus determinatio ubi non apparet, à consuetudine regulatur, ibid.*
 122 *Sicut lex positiva interpretatur legem divinam, ita & consuetudo.*
Recurfus violentie ex immemoriali tempore indubitabilis efficitur, ibid.
Opinio Doctorum, cui vel consuetudo adhaeret, praesentanda est, ibidem.
 123 *Consuetudo est legum interpres.*
 124 *Principes Hispaniarum non usi cognitione violentiarum nisi in specie l. 36. tit. 5. recop. per tempus immemorabile, non impediuntur, quin possint in aliis causis violentie, & oppressionis, uti cura immemorabilem, ut etiam consuetudo extendatur ad alias. Quando adest ius & causa universalis per usum partis conservatur jus in toto, & consuetudo in parte extenditur ad totum genus illius speciei, ibid.*
 125 *Consuetudo immemorialis sufficiens erat ad procedendum per Principes, in causa violentia.*
 126 *Consuetudo immemorialis habet vim tituli, privilegii, ac veritatis, & similia attributa.*
 127 *Clerici exempti in spiritualibus iure divino, in temporalibus tamen positivo.*
 128 *Consuetudo concedens laicis jurisdictionem in Clericis generatim, licet non valeat, valet tamen consuetudo particularis respectu alicujus casus particularis.*
 129 *Consuetudo potest distinguendo, & declarando limitare jus divinum.*
 130 *Quod potest acquiri privilegio, potest etiam consuetudine immemorabili.*
 131 *Pontifex potest in certis casibus ob aliquam justam causam concedere laico privilegium cognoscendi de Ecclesiasticis personis, ibidem.*
 132 *Consuetudo immemorialis praescripta, cum qua concurrerit fama privilegii, habet vim privilegii Papalis.*
 133 *Si cum immemoriali, & fama, concurrat probatio Principis habentis majora alia privilegia super Ecclesiis, praesumitur iusto principio fuisse introductam.*
 134 *Pralati ante Episcopatum, & pralatarum possessionem jurant Regi fidelitatem.*
 135 & 136. *Princeps Hispaniarum sive Rex habet facultatem presentandi Episcopos, & beneficia consistorialia, quae alias erant Pontifici reservata, & monasteria virorum remissive, & percipiendi partem seu tertiam decimarum.*
 137 & 138. *Consuetudo cognoscendi per viam violentia est inducta per Clericos & laicos, & ideo mixta nuncupatur Clericorum, & laicorum & habet magnos effectus.*
 139 *In consuetudine immemoriali cognoscendi per viam violentiam concurrunt scientia tacita, & expressa Pontificis.*
 140 *Scientia officialium in praescriptione jurisdictionis Principum, Pontificum, vel Dominorum, eis praesudicat, & sufficiens est, ut eis praesudicium causetur.*
 141 *Multi Pontifices ex Hispaniarum Regnis, qui habuerunt scientiam cognitionis per viam violentiam.*
 143 & 144. *Recurfus ad Regem per viam violentiam approbatus pluribus Rota decisionibus.*
 145 *Recurfus praedictus expressè approbatus à Pontifice est.*
 146 *Recurfus violentia non damnosus libertati Ecclesiasticae, sed utilis dicitur.*
 147 *Privilegium laicorum Clericis utile, praesentitur à Papa approbatum.*
 148 *Patientia & tolerantia Romanorum Pontificum, vel alterius Principis impedire potest, inducit dispensationem, & confirmationem.*
 149 *Si Clericus possidet duas Ecclesias sciente, & patiente Pontifice superstitite, inducitur ex tali patientia unio dictarum Ecclesiarum & pena remissio.*
 150 *Tolerantia in eo quod à jure naturali non prohibetur, pro expressa dispensatione habetur.*

- 151 *Presumptus consensus ex scientia, & non contradictione, cum temporis diuturnitate inducitur, consensus expresso prior reputatur.*
 152 *Consuetudo immemorialis hujus recursus violentiae ab initio quo meum & tuum sibi usurpare coepimus est.*
 153 *Consuetudo immemorialis non censetur comprehensa in qualibet Pontificia dispositione, ubi consuetudo sublata est.*
 154 *Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 8. declaratur.*
 155 *Sublata potestate seu recurfus violentiarum ad Principes seculares, & magis reipublicae calamitates insurgerent.*
 156 *Consuetudo immemorialis cognoscendi de violentiis ab omnibus approbata Doctoribus.*
 157 *Reges Christianissimi & sanctae Sedis Apostolicae obediens non tolerat nisi consuetudinem cognoscendi de violentiis ab Ecclesiasticis perpetratis, si iniustitiam contineret, nec est praesumendum.*
 158 *Ceram justitia Aragonum in Camera sui Consilii suis se congregatos triginta & septem advocatos ex gravioribus Regni, & consulos suos super recurfus, & formis ne pendente appellatione violenter attententur à iudice Ecclesiastico, & ab omnibus sine scrupulo justum videri voluimus.*
 159 *Cognitio extrajudicialis per viam violentiam non est nova in Regnis Hispaniae introducta, sed in omnibus Regnis & Christiana religionis provinciis haec agitur defensio.*
 160 *In Regno Portugalliae id servatur.*
 161 *In Regno Borgiae idem.*
 162 *In Senatu Neapolitano.*
 163 *In Regno Franciae.*
 164 *In Regno Aragonum.*
 165 *In Regno Navarrae.*
 166 *In Regno Sabaudiae.*
 167 *In Regno Catalauniae.*
 168 *In Senatu Sebastianiano.*
 169 *In Senatu Pedemontano.*
 170 *In Senatu Mediolanensi.*
 171 & 172. *In Regno Gallie non solum cognoscitur per viam violentiam à iudicibus Ecclesiasticis, nec deferentibus iustis appellationibus; sed etiam de omnibus possessoribus super rebus Ecclesiasticis, seu spiritualibus, etiam inter Ecclesiasticos, in solo tamen Regno Senatu illius prout cum aliis testatur Auctor, & autothoritario vocatur, & de eius natura remissive.*
 173 *Maximilianus ab Austria Archiepiscopus olim Compossellanus jam defunctus, voluit apud supremum Regis consilium autothoritario alterare, & avellere à Senatu Regio Gallico.*
 174 *Duo Advocati doctissimi, quorum unus Pater Aucthoris laudabilis, Rogati scripserunt pro defensione decreti Ordinarii Senatus Gallicae apud Consilium coura Archiepiscopum, posteaque dicta scriptura ampliata à quodam Senatore, simulque ab Auctore.*
 175 *Martinus Pontifex hanc extrajudicalem cognitionem per viam violentiam inter Ecclesiasticos approbavit.*
 176 *Nulla Pontificis censura generaliter promulgata intelligitur velle derogare juri competenti Regiae majestati, tam de jure, quam de consuetudine.*
 178 *Hec cognitio per viam violentiam fundatur jure divino, naturali & positivo, canonico, & civili, estque à Sede Apostolica tacite, & expressè confirmata, & consuetudine immemoriali usitata.*
 179 & 180. *Doctori asserenti consuetudinem stare credendum est, maxime cum nullus Doctor contrarium affirmans invenitur.*

QUIA Ecclesiasticae personae, quatenus ad protectionem tanquam civis reipublicae temporales, & pars, ac membra populi subsint Principi temporali, non recognoscunt superiorem in tena-

temporalibus, ab eo debent defendi, atque à violentiis, injuriis, & oppressionibus liberari, ac protegi, ex debito officio, ad quod tenentur, omni jure naturali, divino, & positivo, & consuetudine immemoriali, valato, frequentique usua recepto, se enim intelligenda sunt, & merito interpretanda verba illa lib. 36. tit. 5. lib. 2. recop. superius à nobis relata n. 14. ibi: *Por quanto assi por derecho, como por costumbre immemorial nos pertenezca alcar las fuerças, que los juexes ecclesiasticos y otras personas hazen en las causas que conoscoen, &c.*

Et illa verba por derecho, de naturali intelligenda.

ET hanc explicationem, ut scilicet jure naturali, hac extraordinaria, & extrajudiciali cognitio pertinet Regi, probant omnes ferè Doctores superius citati, num. 16. exponit Olivian. de jur. fisci, c. 3. num. 43. Sese in epistol. ad Regem n. 70. in 2. tom. decif. ad prin. & post hæc Ceval. in epistol. ad Regem n. 19. in fin. & in tract. de cognitione per viam violentiam in prologo. n. 45. ubi se iterum refert ad gloss. 6. n. 135. & optime explicuit lex Portugalliae quae postquam in l. 1. tit. 9. §. 12. ordina. dixerat his verbis: *Que en estos casos, el Rey como Senor tiene obligacion de acudir, y defender à sus vassallos exponit in l. 2. tit. 16. lib. 1. eiusdem ordina. ibi: Facendo las fuerças, non gardando lles oedericio natural. &c.* jus enim naturale dicitur, ut alicui, nec in iudicio, nec extra iudicium violentia fiat, eamque oppressus possit licite propulsare; text. in c. ius naturale, in fin. l. d. ibi; violentiam per vim expulsi. l. ut vim in fin. ubi communiter Doctores, ff. de justitia & jure: clem. pastor. de re jud. text. in l. 1. ibi, vim vi repellere licere Cassius scribit, idque jus natura comparatur, apparet autem (inquit) ex eo armis repellere licere, &c. ff. de vi & vi arma. text. optimus & mirabilis ad hanc materiam; aureis literis describentibus in c. dilecto 1. in prin. ibi, cum omnes leges, & omniaque jura vim vi repellere, cunctisque sese defendere permittant, & infra de sentent. excommunic. lib. 6. cap. significasti 2. de homicid. cap. 3. §. si verò, in fin. de sentent. excommunic. lib. 2. tit. 1. p. 1. ibi: *Otro si consiente este derecho natural, que cada uno se pueda amparar de los, que deshonra o fuerza les quisier en fazer, lib. 2. tit. 8. p. 7. ibi: Conatural cassa et, à mi quisada; que toda home aya poder de amparar su persona de muerte, queriendo alguna matar à el, lib. 3. tit. 16. p. 2. ibi: offendiendo: ubi Gregor. latè explicat ad nostrum propositum.*

Et ex hoc jure naturali provenit appellatio, quatenus est defensio adversus oppressionem, iniustitiam, & iniuriam iudicis & ad subveniendum oppressis inventa, l. 1. ff. de appellat. c. omnis oppressus 2. q. 6. cap. suggestum de appellat. Doctores communiter in rubr. de appella. in decreta, praesertim Panorm. n. 6 Mant. 13. Philipp. Fran. n. 24. vers. sed tamen dubitatur. Bilgnet. decif. in n. 3. de appella. Soci. consil. 39. cap. primo, n. 9. lib. 4. Alexander. consil. 113. viso themate. num. 5. lib. 5. Marant. in specul. 6. p. in verbo & quandoque appellatur, num. 247. fol. 496. Paz in praxi, in proemio, 6. part. tom. 1. numer. 6. & 7. Scaccia de appella. quest. 16. num. 4. & in eadem q. 16. limita. 1. à numero 21. & quest. 3. sub num. 1. Damaudet. in prax. cap. 229. numero 3. Rebuff. n. 2. tom. de rescript. in praesentatione, numero 161. Covarr. in practica, cap. 23. numero 6. Pinel. in repetit. lib. 2. Cod. de ref. n. vendit. 1. p. rubr. cap. 2. numero 2. quae quatenus est defensionis species, non denegatur, etiam excommunicato, Scaccia d. numero 21. vers. primo quatuor, & ibi B. in l. prohibitum, c. de jur. fisci, lib. 10. & Barthol. Humad. in l. 13. tit. 1. p. 2. gloss. 5. n. 2. ad med. Alphons. Azeved. in l. 2. tit. 11. ex n. 3. l. 2. nova recop. Avil. in c. 3. prax. in gloss. in verbo jurisdictionis, n. 13. in fin. pulchre Lancel. de attent. 2. p. cap. 12. ampliatio 20. & in limita. 1. n. 100. p. 218. Marant. in disp. 1. n. 38. Farin. in tract. crimin. q. 32. n. 88. & q. 33. n. 108. Camed. in questionibus Canonice

Salgado de proteç. Reg.

tolli potest appellatio; tandem dicitur fundamentum popularis libertatis, & defensionis naturalis: ita tenet Marta de jurisd. 1. part. 43. à numero primo.

Appellatio igitur est praesidium innocentiae, text. in 82 d. cap. cum speciali, §. porro, ibi, ad praesidium innocentiae, optime in proemio. tit. 23. p. 3. & est inventa ad subveniendum oppressis, & corrigendum iniquitatem iudicis, scribit Socin. in conf. 39. cap. 1. numero 9. lib. 4. Rebuff. tit. de appellatio. in praesentatione, n. 17. & sequentibus, tom. 2. Scaccia, de appellat. qu. 3. sub n. 1. Celsar. Contar. in l. unica, in ratione dubiandi, num. 3. & 5. C. si de momenta, poss. & Divus Bernard. testatur in lib. de consideratione ad Eugenium, appellationem esse grande, & generale bonum mundo, idque tam necessarium hominibus, quam Sol mortalibus: nam Sol iustitiae est pendens, & redarguens opera tenebrarum, & Ecclesia Romana ad hunc effectum est refugium omnium oppressorum, inquit David Regis, qui dicebatur oppressorum recurfus, lib. 1. Regum cap. 22. Omnis qui opprimebatur à Saule, recurrebat ad David, & habetur in c. ad Romanam 2. q. 6. ubi ad Romanam Ecclesiam ab omnibus, maxime tamen ab oppressis appellandum, & concurrendum est, quasi ad marem, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à suis oppressionibus releverent, textus etiam in d. cap. omnis oppressus, eadem causa & questione.

Qui quidem recurfus, cum sit species defensionis naturalis, à nemine impediti potest. Minodorus decisionem 27. numero 2. optime dicit Marta de jurisdictione. 4. part. tenu. 1. casu 56. num. 6. vers. tamen non possit, ex quo inferas quod in nostris terminis probat novissime Torre Blanca in tractatu de magna, lib. 3. cap. 26. numero 5. & sequentibus, quod hæc cognitio violentiae, cum fundetur in jure naturali immutabili, tolli non potest, ex qua etiam doctrina rectè inserto Doctor Marta, & Minodorus locis citatis, quod prohibita appellatione, non censetur prohibitus recurfus, idem Minodorus in decisio. Neapolitan. 42. Abbis cap. 1. de rescript. & latè per Lancelot. de attent. tit. de attent. pendente recurfus, cap. 19. ubi num. 21. post alios testatur hanc esse magis communem opinionem, & per Menoch. etiam de arbitra. judic. lib. 1. quest. 70. Igitur iudicibus ecclesiasticis impeditio oppresso hunc recursum ad sanctam Sedem Apostolicam, tam salubri remedio, & auxilio uti, adversus iniquitatem suae sententiae, & in contemptum ejusdem sedis, denegando delationem legitimam, & iustam appellationem, intentantibus exequi, & interdum de facto, & attentatè exequentibus, usurpando superioris auctoritatem, & jurisdictionem, cum sua per appellationem sit suspensa, & in superiorem translata; iustissime poterit Princeps supremus, & ejus tribunaia resistere, vim repellere, & violentiam propulsare; imò ad id tenetur occurrendo oppressioni ex debito officio, & charitatis, cuius auxilium charitativum dicitur. Ozale. decif. 116. Sese de n. 8. & 3. n. 20. & profiteretur Doct. supra cit. n. 16.

Quod & ex eo probatur, nam si ex principio juris naturalis cuilibet permittentis sui, ac suorum defensionem, & vim vi repellere, ut à principio hujus tertii praeludii, potest oppressus de facto resistere iudici iniuste & debite exequi tentanti suam sententiam, legitima appellatione suspensam, ut tradunt Bald. in l. ad distor, n. 2. C. de episcopali auidient. Abb. in c. si quando, n. 2. & Fel. n. 2. vers. fallu primo, Decius, n. 13. Billaterra, n. 1. vers. tertio, de off. delegati, per text. & ibi B. in l. prohibitum, c. de jur. fisci, lib. 10. & Barthol. Humad. in l. 13. tit. 1. p. 2. gloss. 5. n. 2. ad med. Alphons. Azeved. in l. 2. tit. 11. ex n. 3. l. 2. nova recop. Avil. in c. 3. prax. in gloss. in verbo jurisdictionis, n. 13. in fin. pulchre Lancel. de attent. 2. p. cap. 12. ampliatio 20. & in limita. 1. n. 100. p. 218. Marant. in disp. 1. n. 38. Farin. in tract. crimin. q. 32. n. 88. & q. 33. n. 108. Camed. in questionibus Canonice